

Universitätsbibliothek Paderborn

**Comitvm Par Genere, Potentia, Opibvs, Heroicaq. Virtvte
inlytum B. Godefridus, Vuestphalus, S. Romaricuſ,
Austrasius**

Serarius, Nikolaus

Mogvntiæ

Cap. XLIX. Eius reliquiarum partitio, & partis ex Elfstadiano monasterio in
Cappenbergense translatio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37252

76 GODEFRIDI COMITIS
CAP. XLIX.

Eius reliquiarum partitio , & partis
ex Elfstadiano monasterio in
Cappenbergensem trans-
latio.

Anno Dominicæ Incarnationis,
A. M. C. XLVIII. indictione XI. pre-
sidente sedi Apostolicæ Papa Eugenio,
regnante glorioso Deicultore Con-
rado , & de peregrinatione sancti se-
pulchri redeunte, ut fratrum Capen-
bergensium satisfaceret desiderio,
venerabilis Dominus Otto, Eloßstad
profectus est, conuocatisque fratrib.
dixit, se memorabilis Godefridiger-
mani sui ossa Capenberg transferre, iā
tandem oportere. Hoc enim, inquit,
dum extrellum hic spiritum ageret,
à me toto postulauit affectu, quod &
haec tenus mea neglectū desidia, nunc
demum oportunum est, ut sine dilata-
tione gratāter adimpleatur. Illico cō-
tristati

tristati omnes. æqualis omnium tremor ac perturbatio; vna singulorum voluntas, eademq; sententia, nunquā se tāti fūdatoris, ac Domini sui fraudandos præsentia, vel patrocinio carituros. Istum aiunt, locum desolare venistis, vos qui patronū ipsius hinc auferre contenditis, quod si vllatenus præsumptum fuerit, omnes nos à maiore ad minorem, de hoc cœnobio in præsentiarum effugatis. Nobis enim ablatus, & nobis per diuinæ gratiæ ordinationem donatus est. Quod ergo Deus nobis concessit, homo qualiter auferre præsumit? Ad hæc venerabilis Otto respondit cum suis: Poteramus quidem, fratres mei, vos Apostolicæ sedis litteris ad huius rei necessitatem etiam inuitos compellere, poteramus liberius & audacius quodammodo vobiscum agere, si non magis optaremus omnia consummari, vestræ vniuersitatis affensione concordi. Iam siquidem diximus, quod hoc viuus expetiuit,

78 GODEFRIDI COMITIS

petiuit, quia cœnobium Capenbergen-
se præ cæteris diligebat; sed & ego
quod diffiteri non valeo, id me prô-
tius executurum iam iam migratu-
ro coram fratribus pollicitus sam. ll.
li è contrario, ut supra, se discessuros
iactitant, nec id ullius vñquam terro-
re potestatis elaborandum, vt huic in-
 tanto loci sui detimento, consensu
vñanimitate adhibeant. Et cum in-
finita surgeret altercatio, venerabilis
Otto magnō curarum fluctuans astu-
nunc huc, nunc illuc celerem diuidit
animum, in partesque rapit varias, per-
que omnia versat. Nouissime vocatis
maioribus hęc alternanti potior sen-
tentia visa est, & ipsorum consilio ad
hoc deflecti consensit, vt reliquias il-
las partirentur, quatenus & illius, &
nostri cœnobij perpetuæ stabi-
litatis & pacis forent
tutio.

an. 1148

C. A. P.